

stas oriebatur in mari, licet Christus praesens discipulis esset, in navi: ita adhuc hodie, licet Christus nobiscum sit: variae tamen calamitates nos invadunt. Non itaq; dicamus, Si Dominus nobiscum, unde ergo nobis tot mala: vel Dominus oblitus est nostri.

ψ 91.  
Mat. 28.  
Apoc. 3.  
Jud. 6.  
Esai: 49.

3. Christus simulat se adhuc hodie dormire, & abscondit paulisper faciem suam à nobis, sed iterum videbit nos, & gaudebit cor nostrum.

Esai: 54.  
Joh: 16.

## DE SECUNDO.

Discipuli Christum dormientem excitant à somno dicentes:

*Domine serva nos perimus.*

V S V S.

1. In afflictionibus nostris, & nos Christum precibus nostris excitemus.

2. Videmus etiam afflictionem dare intellectum.

Esai: 28.

3. Notandum porrò, quod etiam piorum fides interdum sub cruce sit infirma, sed calamum quassatum non confringet Dominus.

Esai: 42.

## DE III LOCO.

*Christus surgens dicit discipulis: Quid timidi*